

DISSERTATIO THEORI
co-Practica.

De Nobilissimâ ac frequentissimâ

HANREITATUM
MATERIA,

Quam

AUSPICE VENERE,

Decreto & auctoritate Amplissimi CORNUTORUM
ORDINIS, in inclytâ & antiquâ UBTIVIS Acade-
miâ Hanneorum famosissimâ:

PRÆSIDENTE

Patientissimo & tolerantissimo

VIRO, DOMINO

JOSEPHO CORNIGERO, CORNUTO

summo & antecessore experientissimo,

solertissimo:

Publicè discutiendam proponit, & ad eam Dnos:

Collegas fidelissimos humanissimè invitat

In Collégio Uxorum,

Fortunatissimus & fortissimus Dn. Dn.

BARTHOLOMÆUS ALECTHROCHORAS BARO

& Dynasta in Gramenberg / Weiberbusch &

Jungferndorff.

Ad diem quo vacat, vocat, horâ & loco solitis & licitis.

HANRIPOLI CORNUTORUM,

Typis exscripsit ANDREAS Kleinstengel / ad
signum albæ Gallinæ.

clō lo CXXIII



DISPUTATIO

De

HANREITATE

Thes. I.



Urpe esse civi & Hanrejo jus Hanreitatis, in quo quotidie versatur ignorare. *l. 2. §. servus 43. ff. de orig. Jur.* non minus scitum quam verum esse experientia satis innuit.

II.

Hæc igitur mecum ruminans, altius rem eam meditari coepi, seriò ratus cum *Pericle apud Thucid.* Nefas esse civi, ut curis obstrictus rei privatæ publicam negligat.

III.

Absolutis itaque vulgarissimis disputationibus, de pennialismo, beanismo, jure potandi, & peditu, quæ patrum etsi seculo omnino fuerint incognitæ, per nos tamen publici juris factæ omnium teruntur manibus. Jam nobis res erit cum mulieribus & Hanreitate, in ejus natura & proprietatibus rimandis stylus nobis potissimum occupabitur. Cumque hæc hactenus à nullo unquam pertractata sit hæc materia, nos ne prorsus indicta maneat, posteriori seculo, & in hac arte rudibus prospicientes (*Denn ich meine es gut / wolte gern einem jedem zu Weib und Kind helfen*) ea quæ per nostram ætatem observavimus, propemus plenius.

IV.

Eximia inter dona quibus nos indignos, indigos tamen, Deus simulare dignatus est, non ultimum locum obtinet, erudita illa lin-